



Hoc D. Augustin. lib. 1. de Trinit. c. 3. monet, con-  
ducere ut multi, eadem etiam aliis verbis scribant,  
quo adversarii intelligant, etiam in castris catholi-  
corum, non unum & alterum esse, qui praelio apte-  
tur, sed multas sagittas & ὄπλα τῆς εὐσεβείας sub-  
lima doctorum circummagi & circumvalvi, quibus  
Deus etiam posteris temporibus, πρὸς κατάρτησιν ὀχυρωμάτων,  
λογισμῶν κατάρτησιν, 2. Chor. 10. 4. σβέσαι τὰ βελη τὰ πενηθὲ τὰ  
πεπωρωμένα Eph. 6. 16. Ad extinguenda ignita tela diaboli, & ad  
ventosa deliræ mentis dejicienda propugnacula, uti possit. Hoc  
idem quidem, Apostuli passim requirunt omnes; Sed malè ap-  
plicatur à Bellarm. in pref. quam Tomis suis ad Lectorem præmisit,  
qui hocce, Prudentissimi & Doctissimi patris, (ut eum ibid. vo-  
cat) dictorio, Classicum suis accinit, & contribules, ut antesi-  
gnanus & Cardinalis armat, ad strenuè August. Conf. Ecclesias  
oppugnandas, ut armis quibuscumq; & utcumq; instructi, adorirentur  
communem hostem. Sed melior orthodoxis Ecclesiarū præsidibus  
mens, qui hisce, Divi Augustini verbis, tirones suos, non ad in-  
tempestivam scripturandi, & in profcenium Ecclesiæ quævis  
effutiendi, (quod notant Bellarmini verba) effrenem libidinem,  
sed, ad privatam Academicum exercitium, animare solent, usq;  
dum inter Academicos parietes probè versati, adversariorum,  
vultum ferre, pedem cum eis conferre, ictus cautius excipere, a-  
nimosius inferre didicerint. Et hæc est causa, cur tirones ali-  
liquando ipsi periculum faciant, quod cum & ego facere consti-  
tuisset, elegi dictum Gen. 49. quod Patres pretiosam, in aureo mo-  
nili gemmā Luth: cujus propediem sollicitabimus, Tom. 5. Wit f. 169.  
Einen gewaltigen Spruch / als keiner im ganzen alten Testamente  
vocat, & quanta ejus dignitas, non solum ex continuata Meta-  
phora, quibus Sp. S. eam involvere, & nostram attentionem ac-  
cuere voluit liquet, Moses enim, qui ab anno emortuali Jacobi  
ultre: